



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

1 De militibus & paganis & militia inermi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

fitura, locati: si sine constitutione mercedis tamē ea se, vt constitueretur postea, p̄scrip̄tis v. bis in factum. *Causa, l. si tibi polienda 24. de p̄scr. verb. lib. 19. P. tit. 5. §. 1. de loc. ap. Instim. Qui faciendum quid, vel poliendum conduxit, culpam p̄stare debere, & quod imperitia peccauit: nam ibi culpam esse Celsus respondit: quippe, vt artifex, inquit, conduxit. *In l. in leg. si quis fundum 10. §. Celsus, loca. in P. lib. 19. tit. 2. Neque enim quis debet affectare opus, in quo scit, vel int. ligere debet imperitiam suam alii fore damnosam. *Idem iuris, in suo, ad leg. Aguil. P. §. imperitia, eo. tit. ap. Instim. Si vestimenta tua fullo perdidit, si possis facile condicere, condicis, & petis sumtibus fullo nisi minus, potes ex locato cum fullo experiri: iudex fulloem tibi condemnabit, tuas autem actiones tibi ei p̄stare compellet, *tubolen. in leg. cum in plures, §. 2. §. vestimenta, loca. P. Nam peccat dominus condictione futiua, & rei vindicatione, aduersus furem qui accipit a fullo agere: quanquam actio furti soli fullo competat non domino, si modo fullo qui tenetur domino sit soluendo, *l. itaque, de furt. P. §. fullo. de oblig. que ex delict. nasc. Vlpiani alia singularis, & vsui quotidiano accommodata lex. Si fullo vestimenta polienda accepit: ea; mures roserint, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cauere, & si pallium fullo permutauerit, & alii alterius dederit, ex locato actione tenebitur, etiam si ignatus fecerit, *Vlp. in litem queritur 14. §. si fullo, loc. P. De materia fullo num tractat Speculator, tit. de executione sententia; §. 6. vers. 10. Vlpianus etiam aliam addit legem ex Trebatio, posse prohiberi fullo, qui fullo nicas circa fontem perennem currentem instituit, ne aquam contineat, neve eam spurcam immitat, *Vlp. in l. ap. Trebatium, de aq. pluvia arc. lib. 39. P. tit. 3. Iulianus etiam refert, eum cui legatus est vsusfructus domus, meritoria ibi facere non debere, videlicet neque diuersoria, neque fullo nica, *in l. equisimum 17. §. si, de vsu fruct. lib. 7. P. tit. 1. Subuenitur etiam futuro, vt possit retinere velste pro mercede futura; *Bald. in l. fin. C. commo. facti Vlp. a. in l. huius enim 6. in fin. qui potio, in pig. habeant. *in P. §. Tinctorum legem habent impostam, ne p. iuatorum v. sibus tingant lanas colore simili coloris muricis, neve purpuram, *l. antepen. §. si, de vesti. ob. baris, lib. 11. C. tit. 8. Erant in sepul. Romana per p. ouincias imperii certa loca destinata pannis tingendis, vbi baphia erant, id est, officina tinctorum, & illis procuratores p̄positi: veluti procurator baphii Tarentini, Calabria: procurator baphii Salontiani, Dalmatia: procurator baphii Cilsensis, Venetia; & Histria: procurator baphii Syracusani, Sicilia: procurator baphiorum omnium per Africam: procurator baphii Gtbitani prouincia: Tripolitana: procurator insularum Blearum in Hispania: procurator baphii Telonenis Gallia: um: procurator baphii Narbonensis, *in libro qui notitia prouinciarum************

vt in §. Imperii, §. Balneatores sunt balnea lib. mancipati. bse quis, qui dicitur deterioris & vilioris conditionis, qua histriones ab Vlpia. in l. sed & si quid. de vsu fruct. lib. 7. P. tit. 1. Erant olim balnea, & publica & priuata & nunc quoque alicubi. Publicum omnibus patebat, vt qui prohiberetur ab eo, posset etiam experiri actione iniuriarum, *l. 2. §. si quis in muri. ne quis in loc. pub. Publicis & expensis fiebant ista balnea publica, vt videre est apud Plinium secundum, lib. 10. E. v. ff. 38. Sunt prouincia quaedam, quae balneo, um habent necessariam & salutarem causam, ob aëllus peller dos solis, & feces ob sudorem concietas depellendas. *¶* Quinqueque modi tamen sint constituti: nis eteli loca, putantur alii ad voluptarem potius & ad effeminandos homines balnea esse inuenta, & improbanda nisi ad depellendos morbos, vel ex aliis de causis necessariis adhibeantur: quo casu & clericis religiosis, *can. omnes qui 23 q. 1. & omni die etiam festo, ca. perueni, de consecrat. dist. 1. 3. permittuntur. Atque cum rex Maurorum Toletam ciuitatem amisisset, & palantes milites eius adorti fuissent, & vicissent septem comites Alphonfi Sexti eius nominis regis Hispaniarum in loco vulgo dicto *Alcazar de Confrigna*: Rex Alphonfus calamitatis huius causam suorum animis nimia melitiae effeminatis imputans, balnea, aliaque id genus illecebras, quas Mauri Toleri constituerant, sustulit, & populum ad pristinam virtutem & senectatem reducere est conatus, *Francis. Tarapha. lib. de regib. Hispania. in Alphon. 6.***

¶ Coqui inter artifices connumerantur a Caio, *in l. si quid venditor 18. §. si, de adit. edict. lib. 21. P. tit. 1. & a Martiano, l. seruus legatus 63. §. si in seruis, delega. 3. lib. 32. P. tit. 1. Iuriscōsul. quod & tuentur Ludouicus Roman. in sing. 51. & Felinus in ca. 1. in prin. de offic. & potesta. iudic. delegat. & Franciscus Cremenfis, in sing. 98. Andreas porto B. b. b. multas disputat, *ad tit. de offic. ordin. coquam habere officium: verum & officium & a tem habere simul placuit. can. ne nates. de consecr. dist. 3. & coquum principis habere dignitate tuetur: Baldus. ad rubr. quis dica. dux, mar. in v. lib. feud. Neque etiam est qui ambigat, certa esse praeccepta bene condiendi edulia: si modo legerit librum Platinae de honesta voluptate. Putant & alii, & verum est, partem vnam medicinae in delectu ciborum, & in illis preparandis vsuari, que *diuina* est. *¶* Sed nos de coqui consideratione, arte, & officio, *¶* alibi plura diximus *lib. 18. Syntaxeon artis mirab. ca. 36. quae non repero. Coquorum veluti officiarum, & administri sunt laniones, quorum instrumenta quaedam refert Paulus in l. cum de lanionis 18. de fundo instructo, §. c. lib. 31. P. tit. 7. quae pro lananda, & vendenda carne necessaria illis dicit, nempe menfas, trutinas, pondera, ferramenta, cultros, dolabras, &c.***

DE MILITARIBVS PERSONIS, ET RE MILITARI LIBER XIX.

De Militibus, & paganis, & militia inermi.

Cap. 1.

- 1 Militia ars est.
- 2 Homines milites, aut pagani.
Pagani qui, eod.
Et pagani: sunt & paganicum. §. 3.
- 3 Semipaganus quis apud Persum.
- 4 Milites vnde appellati.
- 5 Lat. onus qui milites, & quare dicti.
- 6 Militia & militum species.
- 7 Militia spiritalis a vsu.
Anglorum milit. a, eod.
- 8 Militia literariam quibus inueniatur.
Militia apparitorum, & aduocatorum, eod.
Professores legum post viginti annos comites sunt, eod.
- 9 Militia palatina inermis que.
Palatini milit. diuersi generis, eod.
- 10 Militio ex casta que.
- 11 Militia honoraria.

Milites partem habent quandam quoque acquisitionem, ut alibi docuimus *lib. 25. Syntaxeon, c. 3. & ita inter artifices annumerari, eos par est. ¶* Ab illis istaque nara

& alia personarum distinctio, quae & publicas, & priuatas personas potest complecti: vt alii dicti sint pagani, alii milites. Pagani proprie dicuntur, qui habitant in pagis vel oppidis rusticis, a fontibus ita dicti: quia circa fontes soliti erant antiqui edificare domos & villas, a quationis facilioris causa, vt ait Festus, sic dicitur τῶν πηγῶν, n. in a. D. rice mutato pagi & pagani rustici ¶ Ve ¶ & Per ¶ sius in principio, *semipaganum*, videlicet semidoctum, nō omnino ablutum vel faru: um fonte inuisum, qui Poetas reddere dicebatur. Sic enim intelligo prius, quam semirusticum, vt dicam semipaganum quasi semifontanum, nō omnino aqua fontis participem, verborum & contextus id docet.

*Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicampi formasse Parnasso
Memini, ut repente sic Poeta prodirem.
Heliconadaeque, pallidamque Pirenem
Illis relinquo quorum imagines lambunt
Hedera sequaces: ipse semipaganus,
Ad sacra votum carmen adfero nostrum.*

Sic opinor, Diuus Augustinus recte vocat ethnicos seu infideles idololatrias, paganos, velut barbaros, & ignaros vere legis. Et inde paganismus, error, siue infidelitas, quibus verbis & Caesares Christiani in eadem significatione, vsi sunt, titu-

lis, ne Christianum mancipium hereticus, vel Iudæus habeat. *lib. 1. C. tit. 13. & de paganis & sacrificiis eorum, eod. lib. 1. C. tit. 14. Et tit. de Iudæis, ap. Greg. Hinc sacrificia quoque pagana prohibita apud summos pontifices, ca. licet nobis, de prob. Alio modo omnes pagani sunt, qui non sunt armati milites, vt apud Iuuenalem Satyr. 16.*

— *civitas falsum producere testem*
Contra paganum possis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati.

Et apud Suidam pagani etiam opponuntur militibus, etsi urbani sint, nempe *de reg. iur. adfert que hunc locum* *ἀνέειρος γυναικὶ τῆς ἀγῶνης ἀπὸ τῆς ἀπαιτίας ἀπαιτίας*. In iure nostro civili familiaris est hæc pagani dictio, pro eo qui non est miles, *l. frustra 7. de re milit. lib. 12. C. l. ius nostrum, de reg. iur. §. 1. de test. milit. ap. Iustin. l. miles 12. §. fin. de custod. reorum, lib. 48. P. tit. 4. l. hereditate, 39 §. filiusfam. paganus, de castren. pecul. in P. lib. 49. tit. 17.* Paganum peculium castrensi oppositum, *l. fin. de inoff. testam. C. lib. 3. C. tit. 28.* Et paganicum ius, quod castrense non est, dicitur, & habere in paganicolo, *l. 1. de testam. milit. lib. 6. C. tit. 21.* Paganorum itaque tot et eunt species & sectiones, quot supra hominum differentias ex qualitate distinctas commemoramus, qui iure communi uti dicuntur, nisi si quod privilegium illis singulariter aliud contingat. Neque itaque de illis plura, sed de militibus agendum erit.

4. *¶ Militēs, ¶ inquit Vlpianus in l. 1. §. fin. de militar. testam. lib. 29. P. tit. 1. appellantur, vel a mollitie, id est, per antiphrasim, a duritia quam pro nobis sustinent, aut a multitudine, aut a malo quod arcere solent, vel a numero mille hominum, vt miles sit quasi millesimus quisque: & ad priorem accedit Sextus Pompeianus Festus, lib. de verb. sign. ad postremam Laurentius Valla, lib. 1. Elegam. c. 14.*

5. *¶ Militum ¶ species eorum, qui repi adstabant, latronum est. Latrones, inquit Varro lib. 6. de ling. Latina, dicitur a latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea ab stipitatione stipatores appellaverunt, & qui conducebantur. Ea enim merces Græcis dicitur *κλεψιδω*. Ab eo veteres Poetæ nonnunquam milites appellant latrones: quod vique milites cum ferro, aut quod latent ad infidias faciendas. Sic Ennius, *annals 1. Hec effatus ubi, latrones dicitur a faciente*. Quibus & ad stipulationem. Nonius. Idem Varro quoque in 4. rationem nominis militis significantius attulit. *Milites, inquit, dicitur, quod trium millium primum legio fiebat, ac singula tribus Tatiensium, Rhamensium, Lucretum, milia singula militum mittebant.**

6. *¶ Militia ¶ omnis constat pugna quæ est impugnatione, aggressio, & defensio: & quia variis modis quis pugnare, obfistere & resistere dicitur, eadem similitudine, milites erant diuersæ speciei, militia quoque diuersa, in nomine contentiens in pugna & armorum ratione distinguenda. Idcirco vt paucis omnem euoluamus æquiuoci affinitatem, dico militiam, quo nomine & intelligi potest miles & arma, esse vel spiritualem, vel corporalem, seu, vt loquuntur patres, carnalem, in caput. nisi bella, 23. questio. 1.*

7. *¶ Rursum ¶ spiritualis, vel est puro spirituum inter se, vel cum hominibus, vel animæ cum corpore: vel ecclesiastica clericorum, vel secularis laicorum. Angelos esse dictos milites constat, & militiam summorum angelorum, *Iob. cap. 25. bonorum, Luc. 2. can. nocte facta, ca. de illis, can. hi duo, cano. peior, de consecr. dist. 1. qui pro Dei pugnant voluntate: malorum, qui aduersantur, quive impie volunt, vt dii adorari. Vnde & militiam cæli quidam contra Dei mandata dicunt adorasse, 4. Reg. 21. Hier. 19. siue dicamus stellas, siue spiritus immundos, vtrumque enim probō. Pugnauit Angelus Dei Michael, & angeli eius, cum dracone angelique eius in cælo, a quo eum pepulit, *Apoc. c. 12.* Et apud Danielem, *cap. 10. Angelus ei ait, princeps regni Persarum restitit mihi vno & viginti diebus. Et ecce Michael vnus de princip. primis venit in adiutorium meum; & ego remansi ibi iuxta regem Persarum, signam & virtutem angelorum homines in exercitu Sennascherib exerti, 2. Paralip. 32.* Et Iacob cum rediit in patriam, *Genes. 32.* Describit & pugnam & certam quod habemus quotidie cum demonibus, item a ma spiritualia nobis necessaria, Dicitur Paulus ad Ephesios epistola capit. 6. In summa, in carne ambulantes, non tamen secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, *2. ad Corinth. cap. 10. C. nisi bella, 28. questio. 1. & c.* Hanc animæ militiam & contra vitia & contra demones, omnes quidem exercent, Christiani**

potissimum homines, & aduersum stimulos inferioris, & irrationalis partis *1. D. Per. 2. laborant: cum militia hominis vita sit super terram, ca. 1. vers. Et quia, de consecr. dist. 5. Iob. c. 7. D. August. 19. de ciuitat. ca. 27.* Et Seneca, *lib. 16. epist. atqui vinere, mi Lucilli, militare est.* Verum magis ex professo clericis illa militia curæ est. Et de istis dictum, nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat qui se probauit: nam & qui certat in agone, non coronabitur, nisi legitime pugnaverit, *2. ad Timot. 2. c. 1. c. sed nec procuraciones, ne cle. vel mon. ap. Greg. c. consequens 88. dist. 1. Militant enim clerici Deo diuersis officiis & ordinibus, cano. si officia, 59. dist. ca. reprehensibile 23. q. 2. de quibus ait Zacharias, *cap. 9. Circumdabo domum meam ex us qui militant: mihi militum Christi arma, orationes & lacrymæ, cano. conuenior 23. q. 8. nec quis Deo, & hominibus simul recte militare potest, ca. apofolorum, & ca. seq. 1. 1. q. 3. ¶ Alia ¶ quoque est spiritualis pugna & militia, quæ personis etiam non ecclesiasticis conuenit, isti que milites quando ingenio, vel rationibus, vel officio contendunt & laborant, pro salute humani generis & reipublici cuiusmodi sunt primum, qui certamine literario verum excutunt. Cuius concertationes D. Paulus, *1. ad Timot. 6. ad Tit. 3. pugnas dicit verborum, & interdum vanas & inutiles, vt sophistarum. Erat militia in prætorio duplex, apparitorum & aduocatorum. Apparitorum Vlpianus describit in l. in eadē causa, ex quibus caus. maior. & horum manus dicitur militaris, l. qui vestitur, de rei vind. in P. Aduocatorum militiam Cicero vrbanam vocat, respondendi, scribendi, cauendi, pro Murena. Nec minus etiam militare videntur aduocati seu patroni caularum, qui gloriose vocis cõfisi munimine, se & alios a calumniis & iniustitia defendunt, *ll. aduocati, de aduocat. diuers. iudiciorum.* Vnde & illis dicitur, exemplo militum armatæ militiæ, esse peculium quasi castrense, *l. fori 4. de aduocat. diuersorum iudiciorum, lib. 2. C. tit. 7.* Ratione officii, proximi sacrorum scriuorum literatam quoque militiam gerere dicuntur. Quare & illi completo tempore suæ militiæ, a principe donabantur cingulo cõstitiæ facti cõsistorii in diem vitæ, *l. proximos 8. de proximis sacror. scriuorum, lib. 11. C. tit. 19. l. vnicuique 7. l. peculiari 5. eod. tit.* Priuilegium quoque militiæ & peculiæ quasi castrensis, concessum pro consulis, præfectis legionum, præsidibus prouinciarum, & aliis administratoribus a principe præpositis, memorialibus agentibus in rebus, magistris studiorum liberalium, archiatris, & aliis omnibus, qui salaria vel stipendia accipiunt publica, *l. fin. §. 1. & in his itaque, de inoff. test. lib. 3. C. tit. 28.* Et Imperator Valens grammaticos, sophistas, legum p. offesores, qui per viginti annos probe munere docendi functi sunt, annumerari & honorari cum iis, qui ex vicaria sint principis dignitate iuberet, & inter comites, *leg. vni. de professor. qui in vrbe Constantinopolis, lib. 12. C. tit. 1. in iudic. rub. & glo.****

¶ Militia ¶ inermis, palatina quoque, de qua Sidonius me. 9. mimit, *lib. 1. epist. ad Eutropium, vnde Palatini milites, quicunque in augustorum ministerio fuerunt quos modo aulicos, munit. l. 2. & 3. de priuileg. eorum, & c. lib. 12. C. tit. 29. vel curiales dicimus, iura quoque de istis tractant, l. scriuis, de palatinis sacrarum largition. lib. 12. C. tit. 24. & tit. de priuileg. eorum, qui in sacro palatio militam. eod. lib. 12. C. tit. 19.* Isti non armis militabant, sed mensis & consiliis opem ferabant. Erant que aliqui eorum comites palatini do mestici comitantes & mittendarii, id est, qui mitti possent, vel idonei essent, vt mitterentur ab Imperatore ad regendas prouincias, *l. 3. l. placuit 8. de palatinis sacra. largitio, lib. 12. C.* Erant & palatini sacrarum largitionum & rei priuaræ, militari dignitate decorati, *l. inter alias 13. & l. iudicium 14. eod. tit. de palat. sacra. largit.* Inter palatinos milites cõnumerantur præpositi sacri, vel principis cubiculi: memoriales, qui scriuis memoriarum, epistolatarum, libellorum, sacrarumque dispositionum referuntur, & comitantes palatini, & singularum vrbium, *l. 2. de priuileg. eorum, qui in sacro palat. mil. lib. 12. C.* Et isti omnes castrense peculium habere dicuntur, *l. 2. de priuileg. eorum, qui in sacro palat. mil. l. vni. de castrensis, omnium palat. peculio, lib. 12. C. tit. 31.* Dignitate etiam æquant iura, præpositos cubiculi augusti & angustæ, præfectus prætorio, præfectus vrbi, & magistratæ dignitati peditum & equitum *l. 1. de præpositis sacri cubiculi, lib. 12. C. tit. 5. & l. 1. de præfectis prætorio vrbis, eod. lib. 12. C. tit. 4.* Dicuntur & aliqui in schola vrbis sacre militare, priuilegiis militum donati, *in l. is qui in schola 3. de castrensiam & ministerianis, lib. 12. C. tit. 26.*

¶ Militia ¶ quoque inermis ex casu appellata quædam de qua 10. & meminit Iustinianus, *novella 53. & 97.* quando propter aliquam

quem casum fortuitum officiarum principis, officium suum minus implere poterant, & eis coadiutores dabantur, eamque casu militiam dictam in alios transferre licebat, ut tradit L. Aelius Taurinus lib. de militiis, ex casu, ad Antonium Augustinum. Quod Arcadius Casar sua constitutione late explicauit in l. fin. de proximis factorum seruior, lib. 12. C. tit. 19.

¶ Postumus ¶ istis adiungere honorariam militiam, quae circa cingulum militiae conceditur. Quales & milites seu equites princeps facit togatos, amplexu vel alio modo seu codicillis: qui videntur milites ostentationis dicti apud Lampridium in Alex. nempe ostentationis causa & honoris gratia facti, milites.

De Militia armata. Cap. 2.

- 1 Militia armata qua.
- 2 Bella & pugna unde oriuntur.
- 3 Bellorum leges a iure gentium quare possit aut recepta. eod. Hostis quis. eod. Prado quis. eod.
- 4 Bellum ex quibus causis iustum sit, & 7. 11. 13. Bellum quomodo solemniter indicatur. eod.
- 5 Pugna initii faciendi signa ante inuentionem tubae. Fax proiecta initium pugnae dabit. eod.
- 6 Heraux seu caduceatores Gallici, & eorum munus.
- 7 Sacerdotes in exercitu instructio pugnantibus cur aderant apud Iudaeos.
- 8 Pax belli finalis, causa, & obedientia.
- 9 Milites in institutione rerum pub. additi quare ceteris.
- 10 Gladii potestas magistratum.
- 11 Armata imperat & regis.
- 12 Homicidio excusatur, qui interimit auctore lege, vel iubente principe.

Militia ¶ corporalis, & armata, a qua milites, armati dicti, §. quisquis autem quibus modis natur. offic. legit. coll. lib. 6. tit. 1. est, cum armis corporalibus extrinsecus, vel cominus vel eminus certatur: quamuis in ea plurimum ingenium valeat, cum non tantum vi corporis, sed virtute animi militia procedat, Salustius in iur. in. contra. Catil. De qua nunc dicendum, & de eius militi, qui & a iure nomine armatae militiae, a superioribus distinguntur. l. item miles qui, de re iud. in P.

¶ Pugna um ¶ seu bellorum & controuersiarum fontem ex concupiscentiis hominum & malitiis procedere notant sacrae literae. d. Iac. c. 4. & iuris prudentia nostrae auctores, l. properandum, C. de iudic. c. forus. de verb. sign. Bella autem legitima a iure gentium inducta, ut ab eodem dicitur gentes, regna condita, agris termini positi, l. ex hoc iure, de iustit. & iur. in l. i. ius autem gentium, eod. tit. apud Iustin. Nec tamen bellum quippe se iuris esse alicuius, sed de eorum belli leges: bellum dico per abeluis, & ferino quodam ingenio manat, & inde dictum autumat Festus, & innuit Cicero lib. 1. offic. Imo maiori immanitate peccant in eo homines. quam fere rationis expertes: neque enim vniquam inter se leones, aut inter se diacones, qualia homines bella inter se gesserunt. De Augustin. lib. 12. de ciuit. Dei, cap. 22. Animalia enim cum suo genere pacifice degunt, congregantur, & stant contra dissimilia. Et, ut ait Xenophon. ἐν τῷ ἰερῶν, εἰς βίβλιν δεκάτῃ μὲν ἀναδίδει τοῖς ἀνθρώποις, πάλαι μὲν ἄλλα κινδύ. Pax videtur esse homini maximum bonum, bellum magnum malum: quia ab illa duplex, animi tranquillitate, quam Democritus summam felicitatem statuit, & alii Stoici concordiam, homines auocet. Et imperio, ut ait Cornelius Tacitus, utendum non est. vbi legibus agi potest, lib. 3. annal. Quamobrem in hac corrupta hominum natura, quae ad dissentendum prona est, l. cum pater. §. dulcissimis, de legat. 2. & facile temere concitatur, aliquo modo consensu publico gentium prospectum est. Et leges iusti vel iniusti belli, & modus inferendi adiectus, secundum quae tantum liceat. Sic Vlpianus, Hostes, inquit, sunt, quibus bellum a publico populo Romanus decreuit, vel si populo Romano. Ceteri vero sunt latrones, & praedones. l. p. l. hostes 2. de capti. & postlim. reuersi. lib. 49. P. tit. 15. Quod sequitur Pomponius, l. hostes 1. 3. de verb. sign. lib. 50. P. tit. 16. Ita Cicero tradit, lib. 2. offic. pyratam non esse perduellionis nomine comprehensum, id est, non esse hostem, cum quo bellum definitum, sed communem omnium esse hostem. Vocabant enim antiqui, quos nos hostes dicimus perduelliones, & latrones, hostes, l. br. primo. offic. Caus. l. quos nos hostes, 234. de verb. sign. P.

¶ Marcus ¶ Tullius Cicero lib. 1. offic. belli aequitatem sanctif-

sime faciali populi Romani iure praescriptam scribit: ex quo intelligi possit, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut prozebus repetendis geratur, & ante denuntiatum, aut indictum sit. L. Aelius in 1. quoque & Feneffella. c. 9. de sacerdotiis, de forma belliper facialem indicendi tradunt, quae fiebat verbis conceptis, immisso in hostes telo vel hasta sanguine infecta. quibus & testimonium adferunt, Gellius lib. 16. c. 4. Dionysius Halicarnassensis, lib. 2. Histor. Rom. Plutarchus, Probem. 62. Atque inter militaria iura haec in pontificis sanctionibus. can. ius militare, 1. dist. in. belli inferendi inuenitur solemnitas, foederis faciendi nexus, signo dato egressio in hostes vel pugnae commissio, signo dato receptio. Flagitii militaris disciplina, stipendiorum modus, dignitatis gradus, praemiorum honor, praedae diuisio, referuata principis portione.

¶ Erant ¶ & ante pugnae congressum publicae quaedam, & inuolat quaedam caeremoniae: ut ante vnum recepta in bellis tubae, moris erat, ut vates ante praecederet, lauro coronatus, ac facem gestans ab hoc vim belli vtrique abstinebant. Talem vocabant πυρρῆσιν, unde & proueibium, nec ignifer quidem reliquus factus, Gellius lib. 3. ca. 5. Quod & colligitur ex Euripide, in Phoenissis actus 5. dum agit de concursu, & certamine Etheoclis & Polyneicis fratrum.

Ἐπεὶ δὲ ἀπέθνη πύρρῳ ὄρ τῶν πυρρῶν
Σάλλυγγ' ἢ χυρὶ σήμα φωνῆς μάχης,
Ἥθεον ὄρρῳ μὲν θεῶν ἀλλήλοισ ἐπὶ,

Id est:

Vbi autem missa fax esset, ceu Tyrsenica
Tuba clangor, signum cruenti praelii,
Seuo impetu ruerunt in se inimicos.

Narrat & eodem loco Euripides, eosdem ante pugnam in proinctu & suos deos orasse. Antonius Panormitanus, lib. 3. de edict. & fact. Alphon. c. 35. autem bellum indici etiam solitum per ferream chirothecam tradit. Ammianus Marcellinus, lib. 19. alterius signi meminit, dum agit de oppugnatione Amidae ciuitatis Romanorum facta a Grimbate Chorum rege cum Persis. Vix inquit, vbi Grimabates hastam infectam sanguine ritu patrio, nostrisque more coniecerunt faciales, armis exercitus concrepans, inuoluit in muros. Cum belli fidem dabant inter se Galli, vel datis obfidibus peragebant, vel exacto iureiurando & dato ab omnibus collatis signis militariibus, quae erat more eorum, ut ait Iulius Casar, grauissima caeremonia, ne factio initio belli a reliquis defereretur, lib. 7. Commen. de bello Gall. L. Aelius ait apud antiquos ex consensu morem indicendi bellum, lib. 1. ab verb. cond. fuisse per facialem hastam ferratam aut sanguineam praestita ad fines hostium ferentem, & non minus quam tribus puberibus praesentibus dicentem, Quod populi priscorum Latinorum, hominesque, prisci Latini populo Romano Quirinum bellum fecerunt, deliquerunt. Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis iussit esse, seu maius populi Romani Quirinum censuit, consensit, conseruit, ut bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego populusque Romanus, populo priscorum Latinorum, hominibusque priscis Latinis bellum indico facioque. Quod vbi dixisset, hastam in fines eorum emittit. Additque L. Aelius, Hoc tunc modo, ab Latinis repetitis res, & bellum indictum, moremque cum posteros accepisset, hoc idem refert Feneffella, lib. de sacerdotiis, cap. 9. ex L. Aelio 1. Plutarch. Problema. 62. Dionys. Halicarn. in 2. Gellius ex Cincio, De re militari, libro refert, facialem populi Romani, bellum indicentem hostibus, telumque in agum eorum iacentem, ita loquutum: Quod populus Hermundulus, hominesque populi Hermunduli bellum fecere, deliquereque, quodque populus Romanus Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum indico facioque, Gellius, lib. 16. c. 4. Sallustius namque addit senatum decreuisse suo populi que iniussu nullum potuisse foedus fieri, in bello Jugurthino.

¶ Caduceatores ¶ seu Faciales Gallici, Heraldici dicuntur regis, quibus mos est gestandi pacis tempore spinter & armillam: in praeliis autem paludamentum, quod eos tutos reddit ab omni iniuria. Ii omen a quadam prouincia accipiunt singuli, ut heraldus Aquitaniae, heraldus Normaniae, &c. Hos in verba principis adigi, immunes esse, monomachiis & decursionibus interesse oportet. Denique si de pace incunda agitur, si induciae petuntur, si bellum indicitur, petaslati caduceatores ii mittuntur, per hos maxima quaque negotia gerit etiam consueuerunt. Si de leuioribus agatur, per tympanitas & tubicines id expeditur, habentque isti heraldi, & facialis Romanorum & patris patri-